



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Pvnct. XXX. Qualiter emptio, & venditio mutuo contrahentium consensu  
dissoluatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

partem venditrix solus sit, & occasione huius emptionis ma- iora scandala inter socios praesumitur excitatur possint alij socij retractum inuentare, vt praecitati Doctores aduertunt. Quia hic retractus non inuenitur titulo communionis, sed ti- tulo fideiussionis, & non impedienda.

14 Circa quintum, quod tempus praedicta retractui conceda- tur. Manifestum est idem tempus concedi in retractu com- munionis ac esse concessum in retractu sanguinis, vt constat ex leg. 1. tit. 1. lib. 5. noua collect. quae desumpta sunt ex leg. 7. tauri. ubi enim deciditur solemnitate, & formam in retractu sanguinis praescriptam seruandam esse in retractu commu- nionis. Quare cum in retractu sanguinis nouem dies con- cessi sint ad retrahendum, idem tantum concessi censendi sunt pro retractu communionis. Est tamen in hac parte latum dis- crimine inter retractum sanguinis & retractum communionis: nam retractus sanguinis non habet locum nisi intra nouem dies computandus ab eo puncto quo primum res vendita extraneo, vel remotiori consanguineo fuerit, quia per vendi- tionem definit esse patrimonialis. An in retractu commu- nionis nouem dies computantur ab vltima venditione. Si- cuti voluit glossa in leg. 2. versum si iste emptor. Cod. de reserua- ti vendit. Quilibet enim emptor eo ipso quod rem communem emit consors est, & socius, ac proinde cum tilam alienari rem communem censetur alienare. leg. 1. Cod. communi diui- dendo. Ergo concedendus est retractus. Sic Ioann. Lupus, leg. 7. tauri. num. 3. & 4. Didac. Castillo ubi gloss. 2. vers. quar- to etiam reseruis, quos refert, & sequitur Matien. leg. 1. tit. 1. lib. 5. compil. gloss. 3. num. 6.

Ab hac tamen doctrina excipitur emphyteuta & superficia- rius pensioem soluens, quorum venditiones domus direc- tus requisitus retrahere potest oblatio pretio intra duos men- ses. Vt colligitur ex leg. fin. Cod. de iure emphyteut. & notat Ant. Com. leg. 7. taurinum. 31. Matien. d. leg. 1. gloss. 1. & in Azeued. gloss. fin.

§. XI.

De retractu ob bonum commune.

- 1 Statuitur hic retractus.
2 Aliis designatis ob similitudinem comparit hic retractus.
3 Hi obligati praefereudi sunt in venditione.

1 Saepè bono communi expedit, vt res ab emptore extra- hatur, & alteri adjudicetur pro eodem pretio. Hac enim ratione obligatis piscium vulgo obligandos del pescado con- ceditur. leg. 20. tit. 1. lib. 5. collect. regia, vt intra duos dies pos- sit retrahere piscatum ab aliis emptum seruatis conditioni- bus in ea lege praescriptis.

2 Dubium est: An hoc privilegium vti possunt alij obligati carnum, olei, vini, & similibus? Negat Matien. d. leg. 20. gloss. 1. & ratio esse potest, quia retractus est quid odiosum, Ergo non debet ultra casum expressum ex- tendi.

Ceterum etsi retractus sit quid odiosum, ac proinde regu- lariter non extendendum, fallit tamen cum in bonum com- mune cedit, bonum enim commune extensionem exi- git aliis non faciendam, maxime cum ratio urget vt in praesenti contingere potest. Si enim carnis, olei, vini, fumentum penuria vigeret, cuius causam obligatus ad pro- visionem harum rerum satisfacere competenter suae obli- gationi non posset, quis dubitat concedendum esse retra- ctum, sicuti obligatio piscium argum. eorum quae tradit Co- uarruu. 3. var. cap. 14. num. 6. Mexia in pugnat. panis conclus. 1. in princip. numero 2. & seq. & docet Azeuedo d. leg. 20. nu- mero 2.

3 Illud certum tempore venditionis si praedicti obligati, & prouisoires cum aliis concurrerint praefereudos in venditione esse, cum non sibi, sed communitati emanet; & colligitur ex dicta leg. 20. & leg. antecedenti. 13. & 19. tit. 1. lib. 5. noua collecta.

PUNCTVM XXX.

Qualiter emptio, & venditio mutuo contrahen- tum consensu dissoluitur?

- 1 Cum contractus imperfectus est dissolui poterit.
2 Soccus si perfectus sit ex vtraque parte.
3 Quid quando ex vna parte perfectus est?
4 Gabella debetur, tamen si dissoluitur contractus.

1 Si res vendita vel illius pars tradita non sit emptori, nec pretium illius, aut pars venditori soluta mutuo contra- hentium consensu dissolui emptio & venditio potest. Res

enim per quascumque causas nascitur per eas dissoluitur. Colligitur ex §. vii. in fine quibusmod. tollit obligatio. & leg. 1. & 2. Cod. quando liceat ab emp. discedere & tradit ex commu- ni sententia Ant. Gom. 2. var. c. 2. n. 21. Neque huic dissol- uitioni obstat, quod acta in securitatem contractus concec- ta fuerit, aut fideiussores dati, quia haec tacitam imbutant conditionem, nisi is cuius interest obligationi cedat.

Quinimo videtur probabile cuilibet contrahentium licitum esse à contractu discedere soluta acta quia videtur con- ditionem imbibere, nisi aliud placuerit. Vt colligitur ex leg. regia 7. tit. 5. p. 5. sic Garcia 1. de cont. d. h. c. 13. Salas alios refe- rens, tract. de emp. & vendit. dub. vii.

Si autem contractus vtriusque perfectus sit, quia & pretium integre venditori est traditum, & res vendita emptori ac- queunt contrahentes contractum factum rescindere, nisi no- uo alio contractu emptionis, & venditionis celebrato. Vt bene aduertit Molina, disp. 373. in fine ex leg. 1. ff. de reserua- ti vendit.

Quod si contractus ex vna parte perfectus sit, & ex altera non, contractus dissoluetur vtriusque foro, si consentiente eo qui impleuit reddatur quod tradidit. leg. 1. Cod. quando ab emp. discedere licet. & leg. ab emptione. ff. de pactis. Ex mutuo autem consensu in foro consentientis, & in exteriori iuxta ius Castellae dissolutus contractus censetur, & obligatio erit ex parte eius qui pretium vel rem accepit restituere alteri acce- ptum. At in pecto iure cuius cogi non poterit recipiens red- dere, & contractum dissoluit, quia ex nudo pacto stipulatio- ne non vestito nulla nascitur in foro externo obligatio, nul- laque inde datur actio, tamen detur exceptio ob naturalem obligationem ex contractu nudo prouenientem. Sic An- ton. Gomez, dict. cap. 2. numero 21. Molin. disputat. 373. circa med.

Quoad solutionem gabellae attingit breuiter respondeo exemptione, & venditione, tamen si nulla rei vel pretij tradi- tio subsequuta fuerit, & postmodum fuerit dissoluta, gabel- lam debitam esse, quia est perfecta venditio, & ius gabellario acquisitum, cui contrahentes praedicare non possunt nouo suo dissentu, nisi forte hic dissentus sit incontinenti fuerit appositus, vt prudentis arbitrio non censetur venditio facta. Sicuti docet Ant. Gomez, dicto num. 21. & Mol. d. disp. 373. post init. Si autem dissoluitur venditio vtriusque perfecta, & completa, apertum est non tantum vnam, sed duplicem de- bitam esse gabellam, quia est duplex venditio. Vt cum La- sarte de decima vendit. cap. 4. num. 8. censuit Molina, d. disp. 373. circa finem. At si dissoluitur, cum non est vtriusque per- fecta, sed solum ex vna parte, vnica tantum gabella debetur priori venditioni correspondens, nulla tamen dissolutio- ni correspondens, tamen si dissoluitur contractus diminuenda pretium, vel augendo mercedem, aut e contra, quia esto in rigore videatur nouus contractus, communi tamen aestima- tione idem contractus est variatus reputatur, ac proinde vni- ca tantum gabella debetur, aucta tamen, si pretium auctum est, vt praecitati Doctores aduertunt.

PUNCTVM XXXI.

De venditione cum pacto retrouen- dendii.

Venditio institui potest sub onere rem venditam iterum emendi. Hoc onus imponitur tum in fauorem vendi- toris, tum emptoris, tum vtriusque. In fauorem venditoris censetur appositum, cum venditor emptorem grauat rem em- ptam reuendere intra tale tempus determinatum, aut cum sibi placitum fuerit. In fauorem emptoris censetur hoc onus reuendendi appositum, si emptor cum venditore con- ueniat, vt si intra tale tempus, vel quandocumque sibi res empta displicuerit teneatur venditor illam reuendere. Tandem in vtriusque contrahentis fauorem censetur pactum appo- situm, si cuilibet libere relinquantur facultas contractum dis- soluendi.

§. I.

An pactum reuendendi venditioni appositum li- citum sit?

- 1 Licitum est hoc pactum.
2 Sed an sub eodem pretio fieri debeat non caret difficultate.
3 Ex sola modicitate pretij non colligitur contractum esse usura- rium, sed iniustum.
4 Praesumitur usurarius, si alia adest circumstantia.

Conueniunt communiter doctores teste Ant. Gomez, 2. var. cap. 2. num. 21. Couarruu. 3. var. cap. 8. numero 12. Bb 4. Gon